

De Provincia Lusitaniae sive Portugalliae (*)

POR

SATURNINO LOPEZ, AGUSTINO (†)

«*De hujus Provinciae antiquitate duo integra volumina, in fol., lusitano idiomate, scripsit Antonius a Purificatione, Augustinianus, edita Ulissipone ann. 1642, vultque incepisse tertio post institutum a S. Augustino Ordinem anno, initium dante S. Profuturo, Broccarensi Praesule, e Monasterio horti Valerii, prope Hippomenem, educto. Haec asserunt Lusitani, ne a Castellanis originem videantur. Certum est nomen Provinciae specialis, in quocumque Religiosorum Ordine, esse recentissimum, veroque simile hanc Provinciam a generale Hispaniae Provincia, post Ordinis unionem anni 1256 fuisse separatam. Primum Portu-Galliae Provinciale,*

(*) Con este magnífico artículo, el mejor que se ha escrito sobre el origen de la Provincia de Portugal, se inicia la publicación de una serie de estudios inéditos, conservados en Roma, del P. Saturnino López, hijo de la Provincia de Castilla, muerto en Roma en 1944. Sobre su persona y obra se da larga información en otra sección de la revista, antes de empezar a publicar las transcripciones de los primeros registros de los Padres Generales, parte ibérica, que él mismo tituló: A través de los Registros Generalicios. Noticias referentes a las Provincias Ibéricas de la Orden de N. P. S. Agustín, y de los conventos y religiosos de ellas, que se encuentran en los Registros de los Rmos. PP. Generales.

La copia de que se sirve Archivo Agustiniano se debe a la paciencia generosa de Fr. Marcelo Franco, O. S. A., también de la Provincia de Castilla.

En el artículo sobre la persona y obra del P. Saturnino López se publica la correspondencia epistolar que con él mantuvo el célebre P. Gregorio de Santiago Vela, O. S. A., facilitada generosamente por el Rvdmo. P. Ignacio Arámburu, Vicario General de la Orden Agustiniana. Agradezco cualquier otra información biográfica o bibliográfica que pueda interesarme. Fr. Balbino Rano, O. S. A. Via S. Uffizio, 25. ROMA.

•Archivo Agustiniano•. LIV (1960).

seu potius Vicarium, reperimus Fratrem Fernandum, anno 1413».
LUBIN A., Orbis Augustinianus, Parisiis 1672, pags. 149 s.

Los historiadores agustinianos portugueses, y en especial el P. Antonio de la Purificación, de quien dice el P. G. de Santiago que «demasiado entusiasta por las glorias de su Provincia, se dejó arrastrar por ese celo censurable, resistiéndose por este motivo sus obras de falta de crítica», escribieron en mala época. Arrastrados de una parte por su natural ampuloso, hiperbólico, finchado, y de otra por la exaltación patriótica contra la dominación castellana, cuyo yugo, en verdad suave, sacudieron por las armas en porfiada guerra que duró desde el 1637 hasta el 1665, apoyándose en los falsos cronicones, entonces muy en boga, no retrocedieron ante ningún absurdo para llevar al ánimo de las gentes la convicción de que Portugal nació a la vida eremíticò-agustiniana antes que Castilla, y que sus conventos nunca estuvieron bajo la dependencia de la Provincia de España.

Aunque se admitiese como cierta la existencia en Portugal de conventos agustinianos antes de la unión —tales como los de Evora, Peñafirme, Torres Vedras y Lisboa, cosa que está por demostrarse— esos conventos mal pudieron constituir una Provincia de la Orden no unida. Verosimilmente, ni entre sí ellos estarían unidos. Al verificarse la unión en 1256, o muy poco después, es cuando debió surgir la Provincia de España, en la que se comprendieron todos los conventos existentes de la Península Ibérica, única que se encuentra citada en los documentos de la época llegados hasta nosotros, hasta que en 1295 aparece la de la Corona de Aragón y Cataluña. Para encontrar una mención de Portugal, no ya como Provincia, sino como Vicariato independiente, es necesario llegar hasta el 1387.

¿Fue creado entonces ese Vicariato? ¿Qué circunstancias determinaron su creación? A ninguna de estas dos preguntas dan respuesta los registros de la Orden. Podemos con todo formarnos idea exacta de la creación, sirviéndonos de la luz que nos presta la historia general de la iglesia en esa época, haciendo notar previamente que en los Registros de los Rmos. PP. Generales Gregorio de Rimini y Mateo de Ascoli (1357-1359), el más antiguo Registro de Generales que poseemos, ni tampoco en las Actas de los Capítulos Generales de 1362 a 1385, no se encuentra traza de la existencia de tal Vicariato.

Por la muerte del Papa Gregorio XI, reunidos en cónclave los Cardenales en Roma, el día 7 de abril de 1378, eligieron para sucederle a Bartolomé Prignano, arzobispo de Bari, que tomó el nombre de Urbano VI. La elección no tuvo lugar en las condiciones de libertad e independencia requeridas, hubo en ella algunas irregularidades; con todo, el día 18 del mismo mes el nuevo Papa fue coronado y reconocido por todos como Papa legítimo. A mayor abundamiento, los Cardenales reconocieron su legitimidad pidiéndole favores y asistiendo todos a sus consistorios. Pero Urbano VI no respondió a las esperanzas de los que le eligieron por su falta de moderación y de prudencia. Así las cosas, los Cardenales, faltos también de la abnegación necesaria para soportar los modos autoritarios de Urbano, tomando pretexto de los acaecimientos sucedidos en la elección, se reunieron en Fondi el 21 de septiembre del mismo año 1378 para proceder a otra elección, y proclamaron Pontífice al Cardenal Roberto de Ginevra, que adoptó el nombre de Clemente VII.

El gran cisma de Occidente había estallado. Estimándose ambos, Urbano y Clemente, como verdaderos Pontífices, se constituyó un doble Papado, el Romano, con la sede en Roma; y el de Aviñón, ciudad escogida por Clemente VII como sede de su bando. El mundo cristiano se dividió en dos obediencias. Inglaterra, la mayor parte, Hungría, Polonia, Dinamarca, Suecia y Noruega; la Italia central y la alta Italia, pertenecieron fieles a Urbano; Francia, Escocia y la baja Italia, se sometieron a Clemente. España, en el primer momento, se mantuvo neutral; Juan I (1379-90) atacó a Clemente. Enrique III el Doliente (1390-1406) sometió el reino a Bonifacio IX, pero excomulgado por éste por haber tentado de introducir algunas modificaciones en la Iglesia, se pasa al bando de Benedicto XIII (post 28 septiem. 1394, data de la elección de este último).

¿Y Portugal? Portugal parece que haya reconocido en un principio la legitimidad de Clemente y que a él se haya sometido. Lo prueba el hecho de que es Clemente VII quien provee las sillas vacantes de Lisboa y Silves en 1379, de Braga en 1384. Luego es Urbano VI quien provee la sede de Lisboa hacia 1386, y probablemente también la de Guarda en 1384 y la de Evora en 1385. Desde 1385 todas las preveen los Pontífices romanos. Ha debido, pues, hacerse en Portugal un cambio de obediencia en 1383-1384.

Actitud de la Orden Agustiniana.—Durante el Cisma, la Orden Agustiniana, en cada Estado, ha pasado por las mismas vicisitudes a que estuvieron sujetos los diversos Estados en que estaba establecida. Más claro. En los Estados en los que se conservó la obediencia al Papa de Roma, los Religiosos Agustinos se conservaron fieles al Papa Romano y mantuvieron su comunicación con los Generales o Vicarios Generales Romanos. En los otros Estados, hayanse adherido o no nuestros religiosos a la facción del Antipapa, se cortó toda comunicación entre ellos y los Superiores Generales fieles al Papa de Roma. Así se ve que en los dos Registros conservados del General Bartolomé de Venecia, que abarcan desde diciembre de 1383 hasta fines de 1393, no se encuentran nunca citadas las Provincias de Aragón, Francia, España, Narbona, Provenza, Tierra de Labor y Tolosa en el Registro Dd. 2 (1383-87) y las Provincias de Aragón, Francia y Provenza en el Registro Dd. 3 (1387-1393); las Provincias de España, Narbona y Tolosa se citan en este último una sola vez (la de España en 7 oct. 1391; la de Narbona en 27 de marzo de 1387; y la de Tolosa en 23 de julio de 1389) las dos primeras por causa de un religioso particular; la otra para poner de manifiesto, que vive sometida a la autoridad del Antipapa, mientras los Conventos de Bayona y Burdeos, de la sección de Aquitania, tornan a la obediencia de Roma. La de la Tierra de Labor aparece sometida al General en 9-10 de febrero de 1389 y el Rvdmo. Padre, previa absolución etc., nombra Visitador de ella al Lect. Fr. Peregrino de Padula, y declara que a él pertenece el gobierno de la Provincia por haber sido depuesto el Provincial Fr. Nicolás Feliceli a causa de su adhesión al Antipapa.

Cortadas, como se ha visto, las relaciones entre la Provincia de España y el General Romano, los Religiosos portugueses, que formaban parte de ella, han debido correr la misma suerte. Pero, una vez tornado el Portugal a la obediencia de Roma, el General, para entenderse con ellos y dirigirlos, se ha debido ver en la necesidad de crear un órgano de comunicación. Crear con ellos una nueva provincia, no le ha debido parecer oportuno ni conveniente. Entonces ha acudido al recurso de nombrar un Vicariato, cosa que entraba perfectamente dentro de sus facultades, y constituir en aquel Reino un Vicariato independiente, al que, andando el tiem-

po, concedió todos los derechos y privilegios propios de una verdadera provincia.

Del primer acto de comunicación entre el General romano Rmo. P. Bartolomé de Venecia y los Religiosos portugueses, es testimonio la disposición siguiente:

En 27 de abril de 1386, el Rmo. Padre manda a todos los Superiores de las Provincias de Lombardia, Colonia, Rin, Baviera, Pisa, Marca Trevijana y Valle de Espoleto, que obliguen a sus súbditos a prestar juramento de fidelidad y obediencia al Sumo Pontífice Urbano VI (Reg. Dd. 2, f. 86-86-v). Y a continuación añade:

«Similem per omnia (litteram) misimus Regno Portugalliae» (fol. 86 v.)

Y en 15 de mayo del mismo año, estando en Florencia, da cuenta de la constitución del Vicariato en la forma que sigue:

«Fecimus vicarium nostrum in toto Regno Portugalie frem. Johannem de Turribus, priorem Conventus Ulixbone, dantes sibi auctoritatem plenariam administrandi in temporalibus et spiritualibus etc., secundum consuetam formam, et ipsum infrascriptis cum gratiis communivimus et infrascriptas auctoritates dedimus. In primis, quod fratrem quelibet dicti regni quatenus a sententiis excommunicationis absolvere possit, ex indulto nobis ab Apostolica Sede, et quatenus cum eodem super irregularitatis macula dispensare. Item, quod, si quisquam foret, qui, diabolica fraude deceptus, sibi obedire contempserit, illum vel illos possit et valeat ad quascunque Ordinis astringere penas, etiam usque ad penam carceris inclusive, secundum formam in Ordine reservatam. Item, quod apostatas decem dicti regni, quorum receptiones ad nos cognovit pertinere, ad Ordinem recipere possit, salva semper Ordinis disciplina. Item, quod, si aliqui ex apostatis per eum recipiendis modeste extra Ordinem vixerint, nullum perpetrande notabile scandalum et ante scelus enorme non commiserint, penam carceris, eis ex apostasia merito debitam, possit in mitiores commutare penas. Item, quod sex fratribus sepedicti regni penas carceris, quas incurrisse, valeat in mitiores penas commutare, et alias quascunque penas, a constitutionibus et addictionibus inflictas, usque ad medietatem temporis relaxare, et in prostrationibus et habitu etiam in toto tempore dispensare. Item, quod studentes, tam ad generalia quam triennalia Studia, de debito, etiam ad

Studium Parisiensem, destinare possit, quos volumus acceptari ac si per provintiale Capitulum essent diffiniti. Ceterum, non obstante quod ipsum nostrum Vicarium fecerimus, ipsum confirmavimus et de novo fecimus priorem Conventus Ulixbone, secundum formam Ordinis consuetam». —Fol. 89.

Desde esta fecha en adelante, los Registros de los Generales nos muestran al Portugal, constituido en Vicariato, en relación directa con ellos. Véase:

An. 1387, mart. 30 - Luce

Fecimus Vicarium nostrum in toto Regno Portugalie frem. Johannem de Turribus, priorem Conventus Ulixbone, omni modo et forma sicut (in) *Registro B* continetur, f. 94 (nunc 89). Addentes, quod, congregatis prioribus et lectoribus conventuum sibi obedientium, debeant ipse cum eis et ipsi secum, unum diffinitorem et duos discretos eligere, qui valeant interesse Capitulo generali celebrando Tollentini, vel in provincia Marchie Anchonitane, a festos pentecostes ad annum.—Reg. Dd. 3, fol. 9.

Eod. anno. tun. 15 - Pisis.—Fr. Bartholomeus etc. - Venerabili viro fri. Vincentio Dominici Torrado etc. - Multorum fratrum divisorum Ordinum, venerabilium clericorum et secularium varias informationes recepimus, quod quidam nostri Ordinis solo nomine fratres, Dei timore postposito, fraticidium commiserunt, frem. Iohannem de Martiana interimentes gladiis, prout fertur; cuius necationis non asseritur innoxius fr. Iohannes de Turribus veteribus, quem alias in Regno Portugalie nostrum Vicarium feceramus. Contra quem etiam, per patentes litteras cum subscriptione quinque priorum prefati Regni, nostrique Ordinis, depositiones et denuntiationes recepimus, ut videlicet: In primis, quod non velut prelatus, sed ut dominus, fructus, redditus, helemosinas et proventus, contra formam Ordinis, recepit, expendidit, ymo potius disipavit, cum dampno multiplici nostri Conventus Ulixbone, ad quem talia pertinebant. Item, secundo, quod circa divinum cultum et officium, nocturnum pariter et diurnum, ac circa spiritualia fuit negligens omni modo. Item, tertio, quod cum cuiuscunque generis, status et ordinis mulieribus incontinentissime vixit diu. Item, quarto, quod fratribus et suis subditis subtractis necessariis ad vivendum, et ipsorum quidam per ipsum expulsi sine causa ab Ordine, penuria sunt consumpti.

Item, quinto, quod propter multiplices manuum injectiones, pluribus excommunicationibus est ligatus, et subsequenter, se immiscendo divinis, irregularitatis maculam contraxit. Item, sexto, quod bona mobilia et immobilia Conventus Ulixbone donavit, vendidit et sibi appropriavit, et notabili quantitate. Item, septimo, quod ad expensas Ordinis plures tenuit famulos, cum armis et gladiis ipsum sequentes et associantes ubilibet, et maxime dum extra civitatem equitabat, velud magnus episcopus vel prelatus. Item, octavo, quod, contra nostri Ordinis instituta, sex fratres nostre religionis fecit in carceribus detineri, false asserens quod ipsum voluerant venenare, quorum unus inde in prefatis carceribus spiritum exalavit. Item, nono, quod in diocesi Ulixbone, in quadam villa, vocata Situala, de cuiusdam singularis amici Ordinis, filiam generavit, ob quod scandalum et dampnum multipliciter nostra recepit Religio per predictum. Item, decimo, quod fautor et defenssor (sic) extiterit ribaldorum, quibus administrationes bonorum conventus commisit, ac quos de suis reliquid excessibus impunitos. Ymo, quod in apostasia extra Ordinem existentes plurimum defensavit et bonorum virorum deppressor et iniuriator ubilibet semper fuit. Item, undecimo, quod sortilegus et incantator fuit in tantum quod etiam futura in publico et pulpito predicebat, sive se asserebat prenoscere. Item, duodecimo et ultimo, non minus tamen ceteris pregravandum, quod non solum verbis, sed etiam factis, seu ex factis scismaticus est censandus, nam, ut nobis scribitur, quandam litteram legit coram conventu et fratribus Ulixbone, sibi missam per Ioannem de Basilea, antigeneralem Ordinis, qui eum in Regno Portugalie suum antivicarium faciebat; virtute cuius littere aliquos conventuales quibusdam conventibus assignavit. Et additur etiam quod in publicis et conventionalibus capitulis Robertum, olim Gebenensem, tanquam Papam, et Ioannem predictum tanquam Generalem, fratribus commendavit, et ut pro ipsis orarent pluries demandavit. Et quia pro subscriptorum veritate investiganda cum exequitione iusticie non valemus pro nunc, maioribus occupati, ad Regnum Portugalie nos transferre; ac etiam, cum prefatorum periculosa sit correctionis dilatio, ideo, tenore presentium, de sinceritate tue conscientie et multimoda circumspecta prudentia confisi non modicum, tibi commitimus et mandamus, tuam conscientiam gravantes, ut duos de fratribus nostri Ordinis in Regno Portugalie existentibus, quorum pectora possideat timor Dei, eligere vel nominare debeas ad suprascriptorum veritatem iuri-

dice perquirendam; quos, sic per te electos vel nominatos, nostros Visitatores ordinarios in toto Regno Portugalie instituimus et facimus per presentes. Et ut eis nunc pro tunc per nos iniunctum officium melius valeant exercere, ipsis concedimus, de nostra gratia speciali, ut quemlibet fratrem, in prefata visitatione eis subditum, bis valeant absolvere ab excommunicationis sententia et totiens cum eisdem super irregularitatis macula dispensare, dummodo non sit talis casus quod sit super eo Sedes Apostolica merito consulenda. Hoc solum concedentes si pro dicta visitatione fienda expediens fuerit tales absolvere et cum eisdem super irregularitatis macula dispensare. Damusque eis auctoritatem plenariam excommunicationis sententias inferendi in omnes et singulos fratres predictos et ab eis sub iuramento et sub penis statutis et consuetis in Ordine veritates inquirendi, visitandi, puniendi eosdem et quascunque penas Ordinis, usque ad ultimam inclusive, infligendi. Et ut hec omnia et ordinanda inferius agi et terminari salubrius valeant, Visitatores nolumus suprascriptos aliquid posse agere, incipere vel finire, maxime in procedendo ad diffinitivas sententias, nisi de tuo consilio ac determinatione in singulis peragendis. Quia, vero, indecens est quemquam puniri sine suis demeritis sive culpis, ideo volumus et mandamus quod, si fr. Iohannes de Turribus, superius nominatus, per prefatos Visitatores repertus fuerit innocens de predictis, vel non esset de Vicariatus officio, secundum nostri Ordinis sanctiones, merito deponendus, ut in dicto officio maneat, secundum quod per nos alias extitit institutus. Si vero idem (sic) fr. Iohannes culpabilis de predictis fuerit inventus iuridice, vel secundum statuta nostri Ordinis in iam dicto Vicariatus officio non amplius substinentus, tunc volumus eo casu quod, visitatione completa, quam a receptione presentium terminari volumus infra mensem singulos priores, unumquemque ipsorum cum uno fratre per suum conventum electo more discretorum provincialium Capitulorum, in Conventu Ulixbone, etiam infra mensem, unanimiter congregari. Concedentes et mandantes ut unum fratrem canonice eligere debeant pro regimine conventuum dicti Regni; quem, si per omnes predictos unanimiter, vel saltem per duplam partem ipsorum, electus fuerit, ex nunc pro tunc, nostrum Vicarium facimus in conventibus iam predictis. Dantes sibi omnem auctoritatem regendi et gubernandi, quam Provincialibus dant nostri Ordinis sanctiones. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Insuper, volumus et manda-

mus, ut per prefatos congregatos eligi debeant officiales Capituli generalis celebrandi in loco nostro de Tollenino provincie Marchie Anchonitane, in festo pentecostes proxime futuro, sub anno Domini CCCLXXXIII, cui Capitulo interesse dictos officiales volumus et mandamus, sub pena inobedientie Generalis. Ubi autem fr. Iohannes de Turribus remaneret in Vicariatus officio ea forma qua declaravimus in predictis, tunc eidem precipimus et mandamus, ut, congregatis solis prioribus, officiales Capituli generalis simul elegant in dicto termino, ad dictum Capitulum, ut mandamus, accessuros. Tuam, ergo, caritatem in Domino exortamur, ut in omnibus per te agendis ex nostra impositione Deum pre oculis sic habeas, ut solo zelo iustitie singula queque agas. Ad idem per te Visitatores nominandos, et congregandos similiter ad eligendum Vicarium, pariter inducentes. Volentes ultimo, ut singula queque per te facta, gesta et ordinata, ac per Visitatores predictos per congregationem prefatam et Vicarium in eadem, tu per te et ipse Vicarius ac ipsi Visitatores per se, sed et ipsa congregatio per se, nobis clare, lucide ac distincke vestris litteris notificare et insinuare debeatis, ipsis litteris totidem multiplicatis quoisque saltem ex ipsis unam habeamus. Demum, quia non decet incusatores vel testes in eadem causa iudices fieri, volumus, ut in eligendo seu nominando fratres pro visitatione fienda, ut superius est mandatum, debeas nec possis eligere nec nominare frem. Petrum, Lectorem et priorem Conventus Ulixbone, nec frem. Stephanum, priorem Petre Firmè, nec frem. Iohannem de Sto. Pétro, priorem de Turribus veteribus, nec frem. Iohannem de Stremotio, Vicarium Conventus Ville Delectabilis, ac etiam nec frem. Iohannem de Famon, priorem Conventus Santarenensis, ymo nec frem, Stephanum Nunni, latorem presentium. Ad tollendum, tamen, discordiam, hanc ultimam particularem, in quantum poteris, secretam tuo reserves in pectore, si tamen necessitas et honestas non aliter persuaserit faciendum. — Gratia divina, etc. — Reg. Dd. 3, fol. 21-22.

An. 1388, maii 28

Sacratissimo ac Christianissimo Regi Portugalie et Agarbi (Iohanni I). — Fr. Bartholomeus etc. — Cum eximiis ad vota protectionibus et de hostibus feliciter triumphare.

Cum, quamvis vestre Serenitatis multorum venerabilium domi-

norum de statu devio mei Ordinis in eodem Regno specialibus litteris informatus, ad plenum non valeam varietate, querulositateque scribentium cum insufficienti personarum notitia meritorum, discernere quid fierendum; ideo, maturo deliberavi consilio illum meum in prefati Regni conventibus Vicarium ordinare, quem vestre Serenitatis circumspecta prudentia duxerit nominandum. Cuius institutionis, ne vulnus dilatione cure insaniam generet fistulatum, meas patentes litteras dirigo cum presenti, ut eas ei V. G. III. faciat assignari, quem nominaverit aliis preponendum. Unde supplico humiliter ac devote, ut Régia vestra non dedignetur Excellentia nominare aliquem probum virum pro aliorum regimine de meis fratribus vestri Regni, quem, ut convenienter sibi commissum salubriter gregem regat, habeat effectualiter in omnibus recommissu vestra regalis Majestatis Serenitas veneranda, cui me et Ordinem cum suffragiis spiritualibus offero promptissimum ad vota, et quam Christus ubilibet atque semper cunctis dirigat in agendis. — Reg. ut sup. fol. 69.

Eisd. ann., mense et die. — Fr. Bartholoméus etc. — Prioribus, Lectoribus, ceterisque Fratribus Regni Portugalie etc.

Cum varietate scribentium et querelantium non possimus absentes sufficientem habere vestrarum personarum notitiam meritorum, ac cum inde nesciamus quem vobis debeamus nostra vice perficere in pastorem; ideo, ne diuturniori parentia capitis vos contingat servula libertate in profundum descendere peccatorum, illum de fratribus nostri Ordinis, nunc pro tunc, vobis nostrum Vicarium facimus, quem Serenissimus Rex Portugalie et Agarbi pro dicto Vicariatus officio vobis duxerit nominandum; dantes eidem auctoritatem administrandi et regendi, quam Vicarii Priori Generalis hacere consueverunt et Provintiales in suis provintiis, secundum Ordinis sanctiones. Et tali commisimus gratias singulas, quas supra fo. 23, fecimus fri. Petro de Gualdo Cathaneorum, provintiali Vallis Spoleti, excepto quod solum sibi commisimus de quatuor apostatis et, quod quantum ad duos, precise possit penam carceris in penas mitiores commutare. — Fol. 69 v., eiusd. Reg. (1).

(1) En gratiae Fri. Petro de Gualdo Cathaneorum, Provinciali Umbriae fol. 23, concessae: «Primo, ut quemlibet fratrem sibi subditum in provincia memorata bis absolvere possit ab excommunicationis vinculo, iuxta nobis indultum ab Apostolica Sede, et totiens cum eisdem super irregularitatis macula dispensare. Secundo, quod apostates sex sue provincie, quorum receptiones ad nos cognoverit pertinere, recipere possit, salva semper Ordinis disciplina. Commisimus etiam sue discretioni, quod, si aliqui ex apostatis per ipsum recipiendis modeste extra Ordinem vixerunt, et apostatando non commiserunt scandalum, nec ante scelus notabile perpetrarunt, tunc penam

An. eod. 1388, decemb. 10. — Rome. — Remisimus freim. Didacum Alfonsi Conventus Ulixbone ad nostrum Vicarium in Conventibus Regni Portugalie, ut, facta debita visitatione de morte fris. Iohannis de Merciana, si ipsum innocentem repererit, eum habitu Ordinis debeat revistire (sic), nullam sibi penitentiam iniungendo ex hoc quod ad nos accessit sine habitu et licentia Ordinis, et quod ad ipsum revertitur in habitu seculari; eum tamen de aliis fore factis misericorditer puniendo. Si vero eum repererit culpabilem de predicto omicidio (sic), eum debeat punire secundum formam Ordinis, et de quibuscunque aliis suis culpis. — Ibid. fol. 84 v.

Anno 1391, ianuar. 15

Rome.—Fr. Bartholomeus etc.—Fri. Iohanni de Famon (vel de Fammo), Vicario Conventuum Portugalie, eiusdem (Ordinis?) etc.

Quia, teste infallibili veritate, nichil occultum quod non reveletur, nec opertum quod non sciatur, eiusdem immense placuit bonitati fris Stephani Nunii de Ulixbona virus inexplicabilis malitie amplius non latere. Nam, ex quibusdam de proximo suis malitiis comprobatis et nequitiiis, verisimiliter extimamus plures ad vos pro parte nostra, nec non e contra, falsas litteras confixisse. Quare presentibus declaramus prefatum freim. Stephanum non esse cum nostra licentia, nec sine ipsa, gradum lectorie per aliquem consecutum, ac nunquam Procuratori Ordinis vel alicui alteri pro aliquo facto provintie minimum tradidisse denarium, et quod per nullum in concistorio publico S. N. D. Pape fuit quicquam propositum pro parte vestra. Hec pro tanto vobis duximus intimanda, quia unam per ipsum falsificatam litteram nos habemus, qua Ven. Ordinis Procurator fr. Mag. Boetius de Thollentino tibi videbatur et tuis fratribus intimare se fuisse lectorarum ac quod solverat XIII florenos de Florentia cuidam sacri papalis concistorii advocato; que omnia a veritate sunt penitus aliena. Nos igitur, volentes pro futuro tan falacis viri malignitatibus obviare, et ne commodum de sua ma-

cerceris eis debitam propter ipsam apostasiam, quantum ad tres, in penas mitiores valeat commutare. Item, ut in culpis non nimis enormibus penam carceris quater possit commutare in penas mitiores, et totiens easdem penas carceris usque ad medietatem temporis breviare. Item, quod in conventibus sue provincie, ad quos personaliter accedere non poterit, possit Visitatorem instituere, quibus sic institutis concessimus quod visitare valeant iuxta formam Ordinis et sententiam excommunicationis super fratre visitando inferre, et subditos sibi commissos semel a vinculo excommunicationis absolvere, semelque super irregularitatis macula dispensare. Cuncta autem per eos iuridice reperta volumus quod ad ipsum referant et ad correptionem non nisi de sua ordinatione procedant*.

litia consequatur, sitque ceteris in exemplum, tenore presentium, tibi, sub penis privationis tui officii atque carceris, quas ipso facto incurras, si contempseris obedire, ponimus in mandatis, ut eundem trem. Stephanum debebas casceri mancipare, inde non extrahendum quoisque per nos, vel per alium nobis succedentem in regimine Ordinis, aliud fuerit ordinatum. Volentes et mandantes, ut ipsum in victu et aliis debebas pertractare ut de incarceratis et iudicatis ad carceres nostre precipiunt Ordinis sanctiones. Insuper, tibi ponimus in mandatis, ut prefatum astringere debebas ad fatendum puram veritatem de quibuscumque litteris per ipsum falsificatis, ut silicet (sic) de falsa littera renuntiationis prioratus Ulixbone fris. Iohannis de Turribus, lectoris, de litteris regiis, ut certis ex causis suspicamur, ac de pluribus gratiarum litteris, que a nobis videntur procesisse, quas tamen nunquam concessimus cuicunque. Et istius veritas plenius habeatur, volumus ut perquiras de omnibus litteris cuicunque tibi subdito per nos missis, ac e contrario per ipsos vel per aliquem ipsorum nobis quomodolibet directis, et quod predictarum copiam, si habere poteris, vel saltem sententiam, debebas triplicatis litteris diversos nuntios nobis vel Procuratori Ordinis destinasse celeriter. Datum etc. - Ibid. fol. 143 v.

Entre estas letras y la del 15 de junio de 1387 no se hace mención de Fr. Juan de Torres en este Registro. Nos quedamos sin saber cómo terminó la causa iniciada contra él. Aquí se habla de una renuncia falsamente atribuida a él del priorato de Lisboa y amañada por Fr. Esteban Núñez de Lisboa. A oíro «l'ardua sentenza».

An. 1419, aug. 31

Rmus. P. Gen. Aug. de Roma «fecit Vicarium suum in Regno Portugalli trem. Lupum, Lectore». - Reg. Dd. 4, fol. III.

Item, fecit trem. Alfonsum, eiusdem provincie (Yspanie) Visitatorem Conventus Ulistbone et Santerenensis et confirmavit omnes gratias sibi per G. N. p. p. et absolvit trem. Bartholomeum a Vicariatu. - Ibid. eod. fol.

Item, confirmavit gratias fris. Ferdinandi de Villa delectabili, provincie Yspanie. - Ibid. eod. fol.

An. eod. etc. — Rmus. P. Generalis precepit Vicario suo Portugallie ut debeat persolvere officiales Capituli generalis. - Item, confirmat gratias Vicarii antedicti a predecessor q. (concessas). - Ibid. fol. IV.

An. 1422, iul. 29

Florentie. - Fecimus frem. Alvarum, bachelarium regni Portugalie, Vicarium nostrum in toto prefato Regno, cum potestate administrandi etc. - Ibid. fol. 84 v.

An. 1426, ianuar. 11 - Rome

Frater Augustinus etc. - Religiosis viris in Christo nobis dilectis Fribus. Iohanni de Sto. Vincentio, Lectori, et Laurentio Colimbriensi, de Regno Portugalie, eiusdem Ordinis, Salutem etc.

Debite visitationis officium, quoniam ubilibet, quotiens opus est, personaliter explere non possumus, aliis interdum committamus necesse est, qui vice nostra salutaris reformationis studio insistentes, malos, insolentesque; sue religionis obligatos, pia correctione castigent, confractos mores solidare conentur, Dei cultum promovere, et omnia, ut opus est, debita iustitia et honestate componere. Cum vero Regnum Portugalie, quo ad nostrum Ordinem; visitatione plurimum atque reformatione indigere multorum fidei dignorum viorum querulosis informationibus cognoverimus, multorum fratrum nostrorum in honestatibus et insolentiis, nemine obstante, libere pervagantibus, in Ordinis totius dedecus et iacturam; Nos, his malis, quantum valemus, obviare volentes, ne culpa aliqua nostre negligenter ascribi possit, Vobis duobus, simul et equaliter, de quorum probitate et rectitudine bonam nobis spem fidei dignorum optime de vobis relationis prebuere, Visitationis officium in omnibus et singulis Conventibus Regni Portugalie, nostri Ordinis, auctoritate et vice nostra, committimus presentium in tenore. Mandantes vobis in meritum obedientie salutaris, ut, ipso officio humiliter suscepimus, id in omnibus conventibus, ex debita visitatione vestra, facere, providere et disponere omni studio, sincero cordis affectu conemini, quod ad salubrem reformationem animarum fratrum et conventuum noveritis expedire. Quod ut nostra freti auctoritate melius efficere valeatis, tenore presentium, vobis concedimus et auctoritatem damus, ut quemlibet fratrem illius Regni et nostri Ordinis oportuna censura et iuramento astringere possitis, ut earum rerum, de quibus investigare et cognoscere opus esse videritis, et de quibus interrogare decreveritis, veritatem fateantur, ut ipsorum noticia evidenti habita, id demum judicialiter pronunciare possitis, quod demeritis et culpis fratrum convenire videritis, atque ita penitentiam imponere saluta-

rem. Volentes quoque, qui ita meruerint, a conventibus eliminare et alienare, ailosque loco ipsorum collocare et illos alibi ponere valeatis. Necnos priores destituere, constituere et confirmare, prout equitati et bone reformationi conventuum videritis convenire. Mandantes omnibus et singulis fratribus dicti Regni, sub pena nostre rebellionis, quatenus vobis reverenter et humiliter studeant obedire. Et, ut propensiore virtute hoc visitationis officium explere possitis, damus vobis auctoritatem, ut quemlibet fratrem illius Regni bis absolvere possitis a sententia et vinculo excommunicationis, ac totiens cum unoquoque super irregularitatis macula, iuxta indultum nobis a Sede Apostolica, dispensare etc.

Et mandavimus eis, ut hoc officium intra spatum trium mensium complere conentur; intra quod tempus volumus, ut, convocatis prioribus et discretis conventuum, quos discretos volumus eligi ac si ad Capitulum ituri essent, ac aliis patribus, qui evocandi videbantur, adiunctis, elegant sibi canonice idoneum Vicarium et ad nos pro confirmatione mittantur etc. Sed interim ipsi regant, etiam transactis tribus mensibus, donec electus Vicarius confirmationem fuerit adeptus.

Declaramus tamen, quod si *Provincialis Provincie Yspanie, cui scripsimus ut Regnum illud, regia obtenta licentia, ingredi conetur et habere abedientiam ac debite reformationi intendat, id obtinuerit*, hii nichil agant. Eo, enim, casu, nichil, eis iniungimus vel committimus. Sed, si in harum acceptione, Provincialis in Regno non sit, aut inhibitione obsidente regia, visitare non possit, volumus ipsi exequantur que imponimus, etc. - Ibid. fol. 185 v. - 186.

Eod. an. 1426, maii 30 - Fabriani. — Fecimus Vicarium nostrum in Regno Portugallie frem. Alfonsum Ulisbonensem, Lectorem, quem omnes Priores et voces Discretorum sibi concorditer petiverunt. Dantes ei auctoritatem regendi etc. et providendi conventibus ac cetera faciendi, que Vicarii Generales solent. Revocantes Visitatores, quos antea feceramus, et omnes alias Vicarios, huic soli obedientiam exhiberi volentes. Imponimusque ei, ut investiget de furto calicis, quam (quod) Lector fr. Iohannes de Sancto Vincenzo, alter Visitatorum, egisse pridem dicitur, et si ita sit, illum debite puniat. - Ibid. fol. 196 v.

An. 1431, april. 17 - Rome

Mandavimus Rectori seu Vicario Rectorie Conventuum Regni

Portugalie, sub pena nostre inobedientie et rebellionis, ac etiam solutionis ab officio, quatenus diffinitionem factam de regimine illorum Conventuum in Capitulo nuper celebrato in Montepesulano (2) debeant observare. Item, sub eadem pena, quod congregationem seu capitulum studeat de biennio in biennium celebrari. Item, quod litteram, quam admisisimus, ubi predicta et infrascripta continebantur omnibus conventibus elaboraret fieri notam et in quinternis conventuum registrari. Item, sub eadem pena, quod quicunque nostri Ordinis frater cum aliquo principe vel domino, de licentia Ordinis, residet, et in quolibet ipsius Regni conventu recipiatur et sibi de camera et de victu, si voluerit, provideatur. Insuper, precepimus, ut nemine officiali illius Rectorie, vel Magistro, detur aliqua provisio, nisi prius Ordini fuerit de collectis satisfactu, sub pena furti, iuxta definitionem factam in Capitulo Bononiensis et confirmatam in Capitulo Montispesulan. Precipientes Vicario nostro et Diffinitoribus Capituli aut congregationis, quod diligenter examinent an Rector vel Vicarius illius Rectorie, pro tempore suo, debitum Ordini solverint; si non, tunc prefatis nostro Vicario et Diffinitoribus precipimus, sub pena solutionis de proprio eis ab Ordine concesso, quod preceptum generalis Capituli exequantur, pariterque nostrum faciant vallidum. Item, Vicario Capituli concessimus nostram auctoritatem, iuxta indultum, absolvendi a sententia excommunicacionis, et semel hoc idem Rectori illius Rectorie, cui in omnibus concessimus, ut patet R. A. fo. 58 (3). - Reg. Rmi. Ger. Ariminensis, Dd. 5, fol. 131 v.

Eod. an. 1431, aug. 4 - In Ariminio. — Fecimus Visitatores nostros in Regno Portugalie frem. Iohannem Ourem, dicti Regni, et unum ex Diffinitoribus preteriti Capituli eorum, quem elegerint, cum omni auctoritate dari solita; sic quod, si reperierint eorum Rectorem reum, ipsum ab officio suspendant; commicentes regimen dictorum conventuum antiquiori Diffinitori immediati Capituli eorum; et quod possint absolvere fratres ab excommunicatione et dispensare super macula irregularitatis bis, et omnes apostatas Regni recipere, conscientiis eorum commicentes penas debitas. - Ibid. fol. 132.

(2) Acta huius Capituli desiderantur.

(3) Regestum hoc non existit, aut, si forte citatio haec ad ipsum Reg. Dd. 5 se referat, nondum est quod in ea desunt fol. a n. 45 ad 64 incus.

An 1438, iul. 4 - In Ferraria.

Fr. Gerardus etc. - Ven. ac religioso viro, nobis in Christo dilecto, fri. Bartholomeo Antiquo, eiusdem Ordinis etc.

Fecimus nostrum Visitatorem in omnibus et singulis Conventibus Regni Portugalie prefatum fratrem, committentes ei nostram auctoritatem, mandantes ei, in meritum obedientie salutaris, ut, ipso officio humiliter suscepto, ea nostra, fretus auctoritate, efficere valeat que cognoverit expedire, dedimusque ei auctoritatem et potestatem, ut quemlibet fratrem illius Regni et nostri Ordinis opportuna censura et iuramento constringere possit, ut earum rerum, de quibus investigare et cognoscere opus esse videbit et de quibus interrogare decreverit, veritatem fateantur, ut ipsa noticia evidenti habita, in demum iudicialiter pronuntiare possit, quod de meritis et culpis fratrum convenire viderit, atque ita penitentiam imponere salutarem. Volentes quod qui ita meruerint, a conventibus eliminare et alienare, aliosque loco ipsorum collocare, et illos alibi ponere valeat. Necnon priores locales destituere, constituere ac confirmare, prout equitati et bone reformationi conventuum viderit convenire. Mandantes omnibus et singulis fratribus dicti Regni, subpoena nostre rebellionis, quatenus reverenter et humiliter studeant obedire. Et, ut propensiiori virtute officium hoc visitationis explore possit, dedimus ei auctoritatem, ut quemlibet fratrem illius Regni absolvere possit a sententia et vinculo excommunicationis, ac totiens cum unoquoque super irregularitate, iuxta indultum nobis ab Apostolica Sede, dispensare. Dedimusque sibi licentiam quod possit corrigere fratres illius Regni, ne quovismodo portent arma quibuscumque modis, et, si opus fuerit, etiam invocato brachio seculari. Item, sibi mandavimus, visitatio conventu Ulixbonensi, si continget absolviri ab officio prioratus frem. Iohannem de Montemaiori, quod ipsius conventus in priorem instituat frem. Alfonsum de Sto. Juliano, qui ipsum conventum gubernare habeat et regere secundum Dei honorem et hedificationem proximi. Item, sibi mandavimus quod in ipso Regno det operam quod pueri intrent Ordinem, volentes quemlibet fratrem nostri Ordinis, qui quatuor fratribus ad Ordinem receperint, vel recipi fecerit et fecerint professionem in Ordine, gaudere privilegio ut sint de patribus Ordinis et intersint consiliis et aliis Ordinis negotiis. Volentes etiam et sibi mandantes stricte, quod fratres recepti ad Ordinem instruantur in scientia et moribus, ne

rudes et ideote remaneant. Item, sibi mandavimus, quod in Conventu Ville delectabilis, ipse nec Vicarius quicquam innovent, nisi cum consensu illustris Comitis d'Arrayolos, et omnia cum Dominatione sua tractet, ac si esset nobiscum. Supplicantes eidem Domino, ut in quibuscumque si opus fuerit, contra inobedientes et insolentes sibi dignetur manum dare adiutricem. Supplicantes etiam eidem Domino, quod dignetur quecumque in ipso fiunt agere ut aliqui ibidem ad Ordinem recipientur, et quod in vestibus etiam sibi, iuxta possibilitatem, placeat sibi subvenire. Item, sibi mandavimus quod in Conventu Santarenensi ponatur Prior, qui curam habeat bonorum conventus, et quod talis Prior possit nostra auctoritate recipere fratres, cum consensu Dni. Ferdinandi, Comitis, et specialiter fratres de observantia Regni Castelle. Et, ut liberius hoc officium exequi possit, dedimus sibi licentiam et auctoritatem plenariam omnia agendi ac si presentes essemus, possitque unum socium in ipso visitationis officio assumere, quem assumendum decreverit. - Dat. Ferrarie, anno Domini M.CCCC.XXXVIII, die quarto iulii, Generalatus officii sub sigillo. - Reg. ut supra, fol. 137 v.

Eisd. anno et mense, die 6. - Ferrarie. — Confirmavimus et fecimus nostrum Vicarium in Regno Portugalie Ven. Frem. Iohannem Dourem, Bachalarium, dantes sibi auctoritatem, quam solent habere Provintiales in ipso Regno, secundum formam communem, et quantum hactenus habuissent. Dat. - Ibid. fol. 138.

An. 1439, iun. 18 - In Florentia

Scripsimus fri. Iohanni Dorem, Vicario nostro in Regno Portugalie, ceterisque Prioribus eiusdem Regni, qui sunt conquesti de nonnullis gratis a nobis concessis fri. Ludovico (Santarenensi ?) ad instantiam Magri. Iohannis de Portugalia. Committentes ipsi Vicario auctoritatem eas moderandi ut sibi videbitur; fratresque Petrum et Egidium, de quibus querimoniam faciunt, si ad nos venerint, promissimus punire. Notificavimusque illis non duc. XVII recepisse per Banchum Francie de Florentia ab eis transmissos. - Ibid. fol. 139.

An. 1455, iun. 23 - Avinione

Confirmavimus in Vicarium Regni Portugallie frem. Fernandum de Sancteren, lectorem, qui fuerat electus unanimiter in Capitulo in Conventu Lisbonensi celebrato, et dedimus sibi auctoritatem in temporalibus et spiritualibus, sicut alii provinciales sive vicarii.

habere consueverunt, et ipse etiam in huiusmodi officio alias habere consuevit, etc. - Dat. ut supra - Reg. Rmi. Iul. de Salem, Dd. 6, f. 90 v.

An. 1458, ianuar. 14 - Neapoli

Misimus licteram ad *Provintiam seu Rectoratum Portugallie* et, propter malum regimen fris. Fernandi Sanctaren, qui notabili tempore fuit ibidem Vicarius, absolvimus eum ab officio Vicariatus, precipientes ei, sub pena nostre rebellionis, ut, visis presentibus, non debeat se impedire de dicto officio, etiam et sub pena excommunicationis. Similiter preciendo, omnibus fratribus, prelibati Vicariatus, quod non debeat illi obedire nec per suum officialem cognoscere, sub eadem pena. Instituimus Vicarium nostrum frem. Iohannem Ourem, bachelarium ibidem, dantes sibi auctoritatem plenariam, sicut ceteri Vicarii ibidem habere consueverunt, et quod, si opus fuerit, possit recurrere ad brachium spirituale et temporale, et quod immediate, cum commodum sibi fuerit, debeat visitare *provinciam*; visitatione completa, debeat congregare patres in aliquo conventu et facere Capitulum, ut moris est, et reformare omnes conventus, ubi opus fuerit, et corrigere corrigenda etc., et quod debeat amministrare iustitiam unicuique. Et quod fr. Fernandus, Vicarius antiquus, redat computum de omnibus introitibus et exitibus, et maxime de pecuniis receptis pro canonizatione Sti. Nicolay (de Tollenino); et similiter de taxa et de collectis nostris. Amovimus frem. Fernandum a Conventu Ulisbone et sit collocatus in aliquo conventu condecenti vibi, et quod vitam suam emmendare debeat. Camere que fuerunt fris. Iohannis de Montemaiori sint pro infirmitaria. Et quod Vicarius debeat reformare conventum Ulisbone et quod conari debeat ibidem ponere observantiam. Volumus quod de biennio in biennium celebretur Capitulum in illo Rectoratu et quod eligatur novus Vicarius, vel confirmetur Vicarius qui rexerit immediate ante illud Capitulum, dummodo dispensationem habeat a Sede Apostolica, vel a nobis. - Dat. ut supra. - Ibid. fol. 91 v.

An. 1459, maii 19 - Tollentini

Confirmavimus in Vicarium electum (sic) frem. Iohannem de Royes, in districtu Portugalie, si vere sunt informationes habite in districtu prefato. Dantes auctoritatem et potestatem in eo providendi de capite et membris in quocunque conventu ipsius districtus, salvo

semper iure et bono statu districtus, iuramenta procurandi, vinculo excommunicationis eos innodandi, carcerandi, de carceribus extrahendi, sententiam excommunicationis et ab apostasia absolvendi, super macula irregularitatis dispensandi, dummodo non oporteat Sedem Apostolicam consulere; Visitatores particulares per loca, si oportuerit, destinandi; omnia et singula faciendi que ceteri ibidem Vicarii facere consueverunt, et quod de biennio in biennium Capitulum in vestro districtu celebretis, et ille, qui fuerit canonice electus Vicarius, ipso facto, usque ad Capitulum generale, confirmatus habeatur, cum supradictis gratiis. Tamen quod littere apostolice serventur, que de celebratione Capitulorum in nostra Religione determinantur, et quod, hinc ad quattuor annos, quo celebrabitur Capitulum generale, Diffinitorem mictatis. Item, significamus, quod quatuordecim duplas pro collectis recepimus, cum tamen sexdecim solvere debeatis; monentes ipsos, quod singulis annis collectas ad Urbem Rome, videlicet, Priori Sti. Augustini, transmittatis deinceps. Promotiones autem vestras ad lecturam Sententiarum non acceptamus, sed volumus, et presentium tenore precipimus, quod, congregatis omnibus fratribus vestri districtus, qui sacerdotes sunt, unus tantum de vestro districtu per tres partes vocum eligatur, qui sit in Dei timore, bonis moribus et virtutibus preditus et scientiarum luce clarus, et illum talem sic canonice electum, amore, odio, prece, pretio, precibus semotis et omni passione abiectis, harum seri, ydoneum Bachalarium acceptamus, onerantes conscientias vestras, ut mature et graviter videatis quis sit ille in tanto culmine preferendus, cum omnibus gratiis etc., quibus Bachalarii perfui consueverunt. - Dat. Rmus. P. Al. Oliva, Gen., Reg. cit. fol. 92.

An. 1467, novemb. 11 - Rome

Fecimus frem. Iohannem de Arroyos Visitatorem in districtu Portugallie, cum omnibus auctoritatibus etc., cum hoc quod infra spatium sex mensium, debeat visitasse et de singulis nobis intimasse. - Rms. P. G. de Bechis, Reg. cit. fol. 94.

Ead. die.—Confirmavimus in Vicarium districtus Portugallie frem. Petrum Ste. Heremi (de Santaren), lectorem, cum graciis ceteris huiusmodi etc., precipientes ei, ut deinceps de biennio in biennium Capitulum celebrent et novum Vicarium elegant, et qui fuerit Vicarius precedens sit per biennium ineligibilis, volentes ut quoad hec etiam bulla martiniana ad eos se extendat. Item, quod restant

miti solvere duas collectas, scilicet, annorum 1466 et 1467, et unum ducatum, quia miserunt 21 duplam, valoris 20 duc. cam., et non plus, ita quod sunt 15 duc. Item, quod sub omni censura volumus, ut, sub pena privationis officii, astringat frem. Fernandum, Biblicum, ut per causas (cameras?), quas obligatur et tenet restituire Conventui Lysbonensi, infra spatium sex mensium debeat integraliter et realiter predicto conventui restituisse. - Ibid. eod. fol.

An. 1470, iun. 13 - Bononie

Confirmavimus electionem unanimiter factam Vicarii districtus Portugalii fris. Iohannis Grasie, cum auctoritate consueta. - Rmus. P. Iac. de Aquila, Reg. sup. cit. fol. 94.

Eod. an., decemb. 1 - Rome. — Confirmavimus in Vicarium districtus Portugallie frem. Lupum de Villadelectabili, cum gratiis consuetis. - Id. P. Gen. Reg. cit. fol. 94 v.

Eod. die. — Fecimus Visitatorem Conventus Ulixbone frem. Rodericum de Ulisbona, lectorem, super quibusdam libris ablatis et in toto districtu per viginti dies, si opus fuerit. - Ibid. eod. fol.

An. 1474, ianuar. 6 - Rome

Confirmavimus diffinitiones et acta Capituli districtus Portugallie, celebrati die octava iunii 1473, preter diffinitionem de mantellis, et electionem Vicarii, propter inhabilitatem ipsius secundum Martinianam, prout in ipsa confirmatione notavimus. - Rmus. P. Iac. de Aquila, Reg. Dd. 7, fol. 88 v.

Eod. an. et mense, die 29 - Rome. — Fecimus Vicarium districtus Portugallie Ven. Magrum. Rodericum Machiato per biennium, cum graciis consuetis dari Vicariis generalibus eiusdem districtus. - Ibid. fol. 89.

Eod. an., octob. 27 - Rome. — Commisimus Ven. viris Magro. Machiato, Vicario distritus Portugalie, et fri. Petro Calado, bachalario, ut viderent et iudicarent et auctoritate nostra determinarent causam electionis Prioris Ulixbonensis. Item, commisimus supradictis, ut audirent Prioris Conventus Santeranensis, et quem invenirent debitorem cogerent ad solvendum; et si iudicaverint ipsum Priorem esse deponendum, illum deponant; et si confirmandum, ipsum confirment. - Ibid. fol. 89 v.

An. 1476. ianuar. 25 - Rome

Precipimus Magro. Roderico Machiato, Vicario districtus Portugallie, sub pena excommunicationis et privationis officii, ut observaret gracias per nos aliquibus fratribus concessas, et assignet cameras fri. Petro Calado et fri. Iohanni Stephani et expellat frem. Ferdinandum Ferrero per aliquos annos extra Conventum et Civitatem Ulixbonensem. - Ibid. fol. 91v.

An. 1476. iun. 8 - Rome

Fecimus Vicarium nostrum districtus Portugallie Ven. Bachalarium frem. Lupum de Villadelectabili, cum auctoritate consueta. Cessantes omnes licteras datas, si quas essent, per predecessorem nostrum. - Rmus. P. Gen. Ambr. de Cora, ibid. fol. 92.

An. 1477. mart. 20 - Florentie

Fr. Ambrosius de Cora, Prior Generalis. - Cui haec litterae fuerint directae certe non constat. At, ex aliquibus in ipsis contentis, videtur directas fuisse Fratribus districtus Portugalliae.

Intelleximus et sane perceperimus dissentionem, que inter vos orta fuit *ratione* prioris et posterioris *electionis provincialis*. Quanta quoque a nunnulis vestrum nostrarum litterarum fuerit facta preoccupatio cognovimus; adeo ut non nisi tales rebelles censere possimus ac nobis inobedientes extitissem. Quibus per capitulo quadragesimum nostrarum Constitutionum tales inferuntur pene. Prima, quod per tres annos voce careat tam activa quam passiva. Secunda, ut ineligibiles (sint) ad omne officium cum cura animarum, donec per Generalem cum eis fuerit dispensatum. Tertia, quod per mensem penae gravioris culpe penitus subiacere cogantur. Que quantum sint honerose, capitulo quadragesimum nonum Constitutionum legatur. Posteriora autem Iura sententiam excommunicationis adiecerunt. Ad quas omnes iudicamus et sententiamus, qui talium nostrarum litterarum, ne legerentur et executioni mandarentur, ausi fuerint impedire. Et cum hoc, omnes et singulas expensas inferius taxatas: quas illi pro defensione nostrarum litterarum ac iurisdictionum Religionis, tum in veniendo ad nos, tum in redeundo ad vos, tum, etiam, in aptandis processibus, fecerunt. Quas si solvere recusaverint, ex nunc pro tunc, eos omnes et singulos, trina canonica monitione premissa, quam in his scriptis, licet inviti, ferimus, vinculo excom-

munionis innodamus. Volentes quod *frater Lopus sit et esse debeat Provincialis usque ad Capitulum*, quod volumus celebrari infra tres menses a notitia presentium. Tunc vero, invocata Spiritus Sancti gratia, ipse, vel alius qui habilis extiterit, prout desuper mentes electorum fuerint inspirate, omni reiecta conspiratione, eligatur, et qui electus fuerit per nostrum Vicarium seu Presidentem, nostra auctoritate, volumus ut confirmetur. Commandantes vobis unionem, pacem ut divinum cultum ac honestatem intus et extra conventum. Et de cetero nolite vobis neque litteris nostris esse rebelles, quoniam acrioribus penis et censuris eos mancipabimus. Hec omnia instituta, mandata et iudicata sint in nomine Patris et Filii et Spiritu Sancti. Amen. - Reg. cit. fol. 92v.

Eodem die. — Misimus alias ordinationes *ad eamdem pravinciam tam in gedere quam in specie, videlicet, quod habeant, sindicum qui habeat reddere rationes vini, grani, olei, et si quando continget aliquis frater debere mori, omnia bona eiusdem confischentur infirmarie. Item quod faciant depositum unum in conventu.* - Ibid. eod. fol.

Eodem die. — Misimus litteras Vicariatus *ad eamdem provinciam seu districtum*, in quibus in primo loco posuimus *Ven. Magrum. Rodericum Macchiato*; in secundo, *Magrum. Petrum de Plumbino*, in 3.^o, fr. *Petrus Santerenensis*. - Ibid. eod. fol.

De lo que en estas dos últimas anotaciones se dice y de la circunstancia de que sólo un *Fr. Lopus* aparece nombrado en esta sección de la Provincia de España, de los Reg. 5, 6 y 7, *Fr. Lopus de Villadelectibili* (Reg. Dd. 5, f. 138; Dd. 6, f. 90 v. y 94 v. (*Vicarius*); Dd. 7, f. 92 (*Vicarius*), parécmese claro que estas letras de 20 de marzo de 1477 es a los Religiosos de Portugal a quienes han sido dirigidas. Y, siendo esto así, creo que es en este tiempo, antes del 20 de marzo de 1477, en tiempo del Gral. Ambrosio de Cori, y, más precisamente, entre el 8 de junio de 1476 y el 20 de marzo de 1477. En las letras de este día, más arriba transcritas, se habla de otras con anterioridad a los mismos Religiosos dirigidas, cuya lectura y ejecución fue por algunos de aquellos Religiosos impedida. Es posible que haya sido en aquellas letras donde el General haya hecho manifiesta la elevación del Vicariato a Provincia por virtud de acuerdo tomado en el Capítulo general de 1 de junio de 1476. Esas letras no fueron registradas y tampoco se conservan las Actas del citado Capítulo; pero, como se ha visto, es muy significativo que en 20 de

marzo de 1477 el General insista en llamarle Provincia por tres veces, y que de entonces en adelante siempre aparezca como Provincia, incluso en el Capítulo general de 1482.

An. 1480, iul. 6 - Rome

Fecimus Vicarium nostrum *in tota Provincia Portugallie* M. Ioannem Magdalena, et quod possit introducere observantiam in Conventu nostro Ulixbonensi, et quod possit capere fratres undecimque, dummodo eorum Superioribus non fuerint rebelles. - Reg. supra cit. fol. 94.

An. 1482, iul. 22 - In Sto. Genesio.

Fecimus Vicarium, rectorem et gubernatorem Conventus Ulixbonensis et totius *Provincie Portugallie*, cum omni auctoritate nostra, dummodo augeat et manuteneat observantiam in Conventu Ulixbonensi, Magrum. Ninium Canum, et absolvimus Magrum. Io. Magdalena ab omni officio, quem Regentem eiusdem conventus fecimus. - Rmus. P. Amb. de Cora, Reg. Dd. 8, fol. 296.

An. 1486, ian. 3 - Rome

Scripsimus Magro. Nunio, notificantes et mandantes de veniendo cum suis vocalibus ad Capitulum generale, et hortantes de una disputatione. Etc. - Rmus. P. Ans. de Montefalcone, Vicarius; Reg. cit Dd. 8, fol. 296.

Eod. an. (mense maii) - Senis.—Concessimus Provinciali Portugallie gratias consuetas concedendi Provincialibus et posse instituere unum vel plurēs Vicarios in Provincia, quando opus fuerit; incarcernandi, liberandi etc.

Ibid.—Scripsimus ad Provinciam Portugallie ut reficeret Magro. Iacobo de Villadelectabili expensas, quas fecit veniendo ad Capitulum generale, missus a Provincia. - Rmus. P. Ans. de Montefalcone, Gral. (tempore Generalatus); Reg. Dd. 8, cit. eod. fol.

Eod. an. dec. 6 - Rome.—Confirmavimus Magrum. Iohannem de Sta. Cruce in Provincialem Provincie seu Districtus Portugallie, cum gratiis consuetis et de apostatarum receptione, qui non apostaverint ab alia religione, in qua professionem tacitam fecerint vel expressam; et quod noster Vicarius Presidens eiusdem Provincie

Capitulis possit confirmare Provinciale canonice electum, et regat Provinciam. Si autem scismatice esset electus, non confirmetur nec regat Provinciam ipse, sed Vicarius noster, qui fuerit presidens. Et his non obstantibus, quod mitteret ad nos Acta Capituli duplicata, ut quoerum aliqua remaneat apud nos, et alia, seu altera ad eos, sigillata, ut moris est, et litteris mictantur. - Ibid. fol. 296v.

An. 1488, april. 23 - Rome

Scripsimus ad Conventum Ulisbonensem, exortans patres illius conventus ad pacem et humilitatem, et quod significanter nobis de dispositione Provincie et quomodo celebretur vel celebratum sit Capitulum. - Ibid. fol. 296v.

An. 1490, iul. 20

Scripsimus Provinciali Priori, seu Vicario vel Rectori, et notificavimus de collectis debitibus et de Capitulo generali Rome. Mandavimus ut veniret, ut iubet Ordo. - Ibid. fol. 296v.

An. 1491, mart. 27 - Rome

Commisimus Magro. Iohanni de Magdalena, Provinciali, et fri. Ferdinando, Lectori Elborensi, et fri. Iohanni de Marvella, Priori Santaranensi, ut infra spatium unius mensis a notitia nostrarum litterarum, debeant vidisse et determinasse quandam causam fris. Alvari de restitutione quarumdam pecuniarum Conventui Ville delectabilis etc. - Ibid. fol. 296v.

An. 1493, ianuar. 6 - Rome

Confirmavimus Magrum. Iohannem de Ma(g)dalena in Provinciale usque ad Capitulum, secundum consuetudinem Provincie, et dispensavimus secum, auctoritate Summi Pontificis, obtenta a Rmo. Dno. Protectore, vive vocis oraculo; volentes ut in Capitulo cedat officio et resignet sigillum in manibus Vicarii; qui Vicarius debeat esse primus Diffinitor precedentis Capituli, in primo loco; in 2, secundus? Diffinitor; in 3, antiquior graduatus infra magisterium. - Ibid. fol. 297.

Eod. die.—Concessimus fratribus Villevizzose, per litteras patentes, ut Provincialis nec aliquis noster inferior possit removere.

aliquem filium et professum illius conventus ab illo conventu; nisi Vicarius noster in Capitulo provinciali, novus et redens (?), cum omnibus Diffinitoribus et Patribus, pro aliqua necessitate Provincie, aliter deliberaverit. Et, si Provincialis aliter preciperet, non teneantur ei obedire fratres illius conventus. In reliquis Provinciali⁹ habeat auctoritatem suam. - Ibid. eod. fol.

Eod. an., sept. 28 - Senis. — Propter multas nobis delatas querimonias, mandavimus Provinciali huius Provincie, Magro. Io. de Madalena, in virtute sancte obedientie et sub pena suspensionis officii, quam ipso facto incurrat, si non obediverit, ut, infra spatum 30 dierum a notitia nostrarum (litterarum) debeat resignasse sigillum et renuntiasse officio Provincialatus in manu antiquioris Diffinitoris preteriti Capituli, si est litteratus. Si vero sit ignorans loquit latinum sermonem, mandavimus recurri ad maiorem graduatum, et istum volumus gubernare Provinciam usque ad celebrationem Capituli, quem etiam volumus esse in eodem Capitulo presidentem. Item, mandavimus eidem, ut permittat fieri liberam electionem de prioratu Conventus nostri Ulixbonensis, quam precipimus ad nos mitti infra spatum trium mensium. Item, precepimus eidem, quod, si sentit in aliquo predictorum (se) gravatum, quod compareat coram nobis infra spatum trium mensium, et si rationabili causa obmiserit, informet nos per litteras cum testimonio Patrum Provincie. - Ibid. fol. ut supra.

An. 1494, april. 4 - Rome

Scripsimus ad eundem Magrum. Iohannem de Magdalena, qualiter longa sua gubernatio in Provincia Portugallie non carebat suspicione ambitionis et oppressionis, eo quod non confirmaveraut Magrum. Iohannem de Sta. Cruce, qui fuit electus, precipue quia electioni sue multum fuit oppositum et Vicarii consueverunt huiusmodi electiones confirmare; et iniunximus ut omnino celebraretur Capitulum imminens, et prolongavimus illud ad 3 menses, non precipiendo, sed concedendo prolongationem a die statuta, qua debebat fieri, eo quod nuntius dixerat quod ipse Magister vellet eum expectare. Item, hisdem litteris suspendimus litteras, quas ad eum scripseramus in mense septembri, ab omni vigore, si eas non receperat, absolvimus eum a penis et preceptis in eisdem litteris contentis, ad beneplacitum nostrum, et reposuimus in statu pristino,